



FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

FORMULA GENERALIS (I)

Sacerdos:

Ad Deum Patrem omnipotèntem, qui vult omnes hómines salvos fieri
et ad agnitiónem veritátis veníre, tota mentis nostræ, fratres caríssimi,
dirigátur orátio.

Intentiones:

- I. Pro Ecclèsia sancta Dei; ut eam Dóminus custodíre et fovère dignètur, Dóminum deprecèmur. **R.** Præsta, omnípotens Deus.
- II. Pro totíus orbis pópulis; ut inter eos Dóminus concórdiam serváre dignètur, Dóminum deprecèmur. **R.** Præsta, omnípotens Deus.
- III. Pro ómnibus qui váriis premúntur necessitátibus; ut omnes Dóminus subleváre dignètur, Dóminum deprecèmur. **R.** Præsta, omnípotens Deus.
- IV. Pro nobismetípsis ac pro nostra communitáte; ut nos omnes Dóminus hóstiam sibi acceptábilem admíttere dignètur, Dóminum deprecèmur. **R.** Præsta, omnípotens Deus.

Sacerdos:

Deus, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta, ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur.

Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.